



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Luxuria consideratur respectu venerearum superstuitatum, quæ duplex  
esse potest.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

nis propter ludum . Quintò ex qualitate: vt sit talis ludus (puta alearum) sit prohibitum. Hodie tamen solis clericis prohibiti quidam ludi videntur, vide in verbo, clericus. Laicis enim omnis ludus non secundū se malus licitus videtur, nisi vbi specialiter prohibitio seruari consuevit. Sextò ex modo, vt si fraudulenter ludatur. Septimò ex abusu, dum multi ludo, qui causa recreationis licitus & sanctus est, abutuntur, vt negotiatione ad lucrum: ita quod non ludunt propter delectationem principaliter & pecuniam interponunt quasi stimulum ad verè ludendum: sed ludunt principaliter propter lucrum. Et hoc semper est peccatum: quoniam est dare operam turpi lucro, si tamen nulla alia deformitas immisceatur, non est peccatum mortale.

*Luxuria consideratur respectu venererum superfluitatum, quæ duplex esse potest.*

**L**uxuria apud mortales peccatum generale est animi superfluitatibus vacantibus. Appropiate tamen usurpatur pro superfluitate in venereis. Et sic ponitur vnū inter septem vitia capit alia. Potest autē dupliciter superfluitas venereorū inueniri. Primò, secundum solas circumstantias: vt contingit inter coniuges. Et sic cōmuniter est venialis luxuria. Secundò, secundum ipsam speciem actus: vt contingit in fornicatione, stupro, adulterio, &c. & iis quæ ad hæc ordinantur. Et sic semper est mortale peccatū: vt de quolibet specie in suo loco patet.

*Magister Scholarum tripliciter peccare potest.*

**M**agistrorum peccata circa tria sunt, doctrinam, mores, & lucrū. Quantū ad doctrinā peccatur  
primò